

**605** [imp. C]aes. M. | [Au]r. Numeria|no<sup>1</sup> Pio Fel. invic|to Aug. p. m., tr|ib. pot., p. p., F. Cl.<sup>2</sup> Ce|utrones publice, | curante Latil|nio Martini|no v. e. proc. | Aug.

*Aime, ubi fuit Forum Claudii Ceutronum Axima, in Alpibus Graisis (XII 410, contulit Hirschfeld). — 1) Litterae punctis notatae erasae sunt, sed remanent certa vestigia. — 2) Foroclaudienses.*

**606** M. Aurelio Carino<sup>1</sup> | nobilissimo Caes. Aug., pr. iu.<sup>2</sup>, | cos., filio | imp. Caes. M. Aureli Cari<sup>1</sup> | invicti P. F. Aug. p. p., tr. p. II<sup>3</sup>, p. | m., cons. I[*I, pro*]cos., fratri | M. Aure[li Numeriani]<sup>1</sup> no|bilissim. Caes. Aug., pr. iu., | res publ. col. Kal.<sup>4</sup>, cur. | Macrinio Sossiano | c. v. cur. rei publ.

*Calamae (Guelma) in Numidia: descr. solus Creully sed accurate (VIII 5532). — 1) Litterae punctis insignes scalpro abrasae, sed pleraque adhuc cernebantur. — 2) Principi iuventutis. — 3) A. 283. — 4) Res publica coloniae Kalamensium.*

**607** imp. Caes. M. Aurelio | Karino invicto Pio<sup>1</sup> | Felici Aug. pontifici | maximo, Germanico | maximo, tribuniciae po|testatis bis consuli<sup>2</sup>, pat|ri patriae, consuli<sup>3</sup>, proconsuli, M. Aurelius Decimus | v. p. p. N.<sup>4</sup> ex principe peregrinor. devot. numini maiestatiq. eorum.

*Cirtae sive Constantinae (VIII 7002, vidit Wilmanns). — 1) Verba punctis notata erasa sunt, sed leguntur. — 2) Mommsenus coniungit bis consuli, ut titulus sit anni 284, quo Carinus fuit consul II cum fratre. — 3) consuli abundat. — 4) Idem M. Aurelius Decimus, vir perfectissimus, praeses provinciae Numidiae, memoratur infra N. 609. VIII 2529. 2530. 2645. 2663. 2678. 2717. 4222. 4578.*

**608** im[pp. C]aes[a]res | M. [Aurelii] | C[ar]inus [et | Numeria]n[u]s<sup>1</sup> | Pii Felices invicti Augusti | Germanici maximi, Brittanic. | maximi, Persici maximi, | tribuniciae potestatis, | coss., patres patriae, | proconsules, | pontem Laurentibus | adque Ostiensibus | olim vetustate collabsum | lapideum restituerunt !!!!!!! !!!!!!! !!!!!!! !!!!!!! !!!!!!! !!!!!!! !!!!!!!<sup>2</sup>

*Prope Ostiam, loco dicto Castel Fusano (XIV 126). — 1) Quae punctis notavi, erasa sunt, paucis, sed certis vestigiis relictis. — 2) Videntur abrasa esse nomina ipsorum imperatorum consulum a. 284.*

**609** [pro salute] impp. ff.<sup>1</sup> dd. nn. Carini e[t Numeriani, | divi Cari] genitoris eorum tem[plum a funda]mentis r. p. mun.] Verecundensium consti[tuit dedicante | M. Aurelio] Decimo v. p. p. N.<sup>2</sup>

*Verecundae prope Lambaesim (VIII 4221), solus descr. Renier qui supplevit. — 1) Imperatorum felicissimorum (Renier), vel: fratrum (Mo.). — 2) Cf. Nr. 607 not. 4.*

**610** Magniae | Urbicae | Aug., ma|tri cas|trorum | senatus | ac patri|ae, coniungi d. n. Ca|rini in|victi | Aug.

*Thamugadi (VIII 2384). Totus titulus abrasus est, sed legitur.*

**611** divo | Nigriniano<sup>1</sup> | nepoti Cari | Geminus Festus v. d.<sup>2</sup> | rationalis.

*Romae rep. in foro Augusti (Huelsen Mitth. 1889 p. 248). — 1) Idem divus occurrit in nummis, ap. Eckhel 7, 520, Cohen<sup>2</sup> 6 p. 409. — 2) Vir devotus.*